



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

Svmmarivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

statorem: & idem dicendum, quod executor
 non eliget tales puta naturales. Fallit in tali- 37
 mentis: quia illa debentur de iure canonico:
 quod etiam debet seruari in foro ciuili: vt c.
 cum haberet. extra. de eo, qui duxit in matri-
 monium, quam polluit per adulterium. & te-
 net Dyn. in consil. suo 17. quod incipit: questio
 talis est, quidam Orland. & Bal. in quest. 24.
 & vltim. 4. part. l. id, quod pauperibus. &
 subdit quod si tali spurio data fuerint per epi-
 scopum omnia bona, quod ea prescribit spatio,
 30. anno. arg. l. generaliter. ff. de noxa. Si vero
 tales sunt prohibiti propter inimicitiam leuem,
 & tacite, similiter potest eis distribui, quia
 censetur remissa per confessionem: dummodo
 de ipsa articuletur: vt §. fin. instit. de iureiur.
 & no. Bal. in 23. q. quartæ partis. d. l. id, quod
 pauperibus. Secus, si fuisset grauis: per l. 3. in
 fin. ff. de adimend. lega. & per Lucius S. Lu-
 cius Titius damam. ff. de lega. 2. vbi odiosi non
 comprehenduntur.

S V M M A R I V M.

1. Executor administrationis rationem reddere
 tenetur: quatuor potissimum rationibus.
2. Executor quo casu liberetur a redditione ratio-
 num in re villicationis.

3. Exe-

3. Executori remissio rationum reddendarum, an iure fieri debeat.
4. Executori in reddendis rationibus suscepta administrationis, quatuor obseruanda sunt. Et primùm, ut reddere debeat.
5. Executor rationes qualiter reddere debeat.
6. Executor an fidem faciat productione Codicis, in magnarum expensarum redditione.
7. Executoris iuramento quando steur in reddendis rationibus. & 9.
8. Executorem minutas expensas, plures tamen numero, libro rationum probasse an sufficiat, adhibito iuramento.
10. Executor quando rationes reddere teneatur.
11. Executor qua actione compelli possit ad rationes reddendas.

I 5. Nouissimum verò sit documentũ, quod executor suæ villicationis reddat rationem. Quod tribus suadendum est rationibus. † Prima est, quia docuimus supra, quod ipse deberet facere inuentarium, cuius finis est, ut ratio reddatur: alioquin dicta confectio videretur inutilis. Secundo, quia tutores, curatores, œconomi & similes personæ reddunt rationem: ut ff. de negot. gest. l. 4. ff. de tuto. & curator. datis ab his l. 1. in princ. ff. de administ. tut. l. actus. C. eodem titu. l. rationes. C. arbitrium tutelæ. l. tutorem. Et tertio, quia etiam villicus reddit.